



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S V M M A R I V M .

- 1 An crimen usurarum sit mixti fori.
- 2 Si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa civilis super usuris, Iudex laicus supersedere debet in causa criminali.
- 3 Quibus paenit plectendus sit qui usuras exerceat.
- 4 Hoc crimen quomodo probetur.
- 5 Quando sufficiant testes singulares ad probandum hoc crimen.

C A P . XVII.

De Usuris.

IOn mediocris est inter Doctores alteratio, an usurarū crimen sit mixti fori: alij eam putant usu-
rarum prohibitionem à iure ca-
nonico originē sumpsiisse ex text.
in cap. 2. de usur. & ideo huiusmo-
di crimen esse merè ecclesiasticū
censet Graff. par. 2. lib. 2. cap. 24. n.
42. & alij, quibus adde Bart. in l.
1. nu. 6. C. de Sum. Trin. vbi dicit,
quod de iure ciuili usuræ erant
permissa per text. in leos Cade
Usur. ex quo infert Marant. de
ord. Iudic. disput. 5. qq. legalium
num. 10. Ricc. in Collect. dec. 2078.
par. 5. quod Iudex secularis non
potest contra usurarios procede-
re, nisi per particulares constitu-
tiones, & statuta loci usuræ pro-
hibeantur.

Alij verò tenent, usuras etiam
de iure Codicis vetitas esse in-

auth. ad hoc C. eod. tit. de usur. &
ideò esse mixti fori: & hanc esse
magis communem dicunt Doctores
relati in Syntag. opin. comm. tit. de
Usur. cap. 1. 3. & 4.

Praxis tamen obseruat, quod
si quæstio sit facti, puta quia non
dubitatur, an contractus sit usu-
rarius, tunc uterq. Iudex est com-
petens Franc. Marc. decis. 535. p. 1.
quem refert Ricc. in Collect. decis.
2078. par. 5. Si verò inter partes
vertitur quæstio iuris, scilicet an
contractus sit usurarius, vel non,
tunc cogitatio spectat ad Iudicem
Ecclesiasticum priuatiuè quoad
laicum, ut dicunt Doctores apud
Dian. par. 1. tract. 2. ref. 78. Bellett.
in Disquis. cleric. tit. de sauv. cleric.
real. § 4. n. 130. & communem dicit
Clar. § fin. q. 37. vers. quero igitur
Ricc. in Collect. dec. 2045. par. 5.
sive quæstio iuris huiusmodi in
iudicio dedicatur principaliiter,
sive incidenter, cap. tuam de ord.
cogn. cap. lator. Qui fil. finit. leg.
Mart. par. 2. de Iurisd. c. 43. n. 75:
quæ refert, & sequitur Layman. l. 4:
tract. 9: cap. 2: n. 9: quicquid in con-
trarium dicat C' ar: d: q: 37. vers:
quero igitur in fin.

Vnde si coram Iudice ecclesiastico pendeat causa civilis super usuris, Iudex Laicus supersedere debet in causa criminali, etiam si primo loco coram eo fuerit inten-
tata, & expectari debet exitus cau-
se ciuilis; quamuis enim cau-
sa criminalis regulariter suspen-
dat iudicium ciuile: l. per mino-
rem ff. de Iudic. l. fin. C. de ord. Iu-
dic. hoc tamen nō procedit, quâ-
do causa criminalis pendet à re-
solu-